



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1650

§. 3. Deum esse longè meliorem vindicem nostrarum iniuriarum, quàm nos ipsos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52346)

*ut si nos non ulciscamur.*

§. III.

*Deum esse longè meliorem vindicem nostrarum  
iniuriarum, quàm nos ipsos.*

Ob hanc causam multi, qui clarum jus  
haberent honoris sui defendendi, tamen  
non tam jus suum, quàm meritum suum,  
perfectionemq; spectant, & abstinēt à ju-  
stissima accusatione inimicorum. Quid er-  
go? estne iustitia in mundo? aut manent  
tot calumniatores & iniuriarum fabri im-  
puniti? Nequaquam. *Ne dederis os tuum, Eccl. 5. 5.*  
*ut peccare facias carnem tuam: neque dicas co-  
ram Angelo, non est providentia: ne forte iratus  
Deus contra sermones tuos, dissipet cuncta opera  
manuum tuarum. Si videris calumnias ege-  
norum, & violenta judicia, & subverti iustitiã  
in provincia, non mireris super hoc negotio: quia  
excelfo excelsior est alius, & super hos quoque  
eminentiores sunt alij, & insuper uniuersa ter-  
ra rex imperat seruienti. Hic rex sceptrum,  
non frustra gerit, sicut neque magistratus Heb. 1. 8.  
gladium: virgam regni sui non sinit sibi eripi.  
Nos in nostra causa non sumus boni judi-  
ces, cum maximè efferuescimus, cæcutimus.  
Quod indicauit, qui dixit: *Turbatus est a fu. Psal. 6. 6.*  
*rore oculus meus. Hinc Apostoli monitio est,*  
*Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus ho. Rom. 12. 18.**

Cap. I. Iniurias non manere inultas,  
minibus pacem habentes: Non vosmetipsos de-  
fendentes, charissimi, sed date locum ira, scrip-  
tum est enim: *Mihi vindicta, & ego retribuam,*  
*dicit Dominus.* Vbi duo docet Paulus, pri-  
mum est, domandum esse ultionis appetitū;  
alterum, Deo iudicium & vindictam iniu-  
riæ esse relinquendam. Primum pertinet ad  
nostram patientiam; alterum ad Numinis  
providentiam.

§. IV.

*Tertulliani decem rationes, ob quas nos ipsos ul-  
tisci non debeamus.*

Tertulli-  
an. lib. de  
patientia.  
c. 9. & 10.

Ne nos ipsos defendamus, hoc est, ultisc-  
eamur, Tertullianus hæc decem præscripsit  
documenta. 1. *Hæc ultiscendi libido negotiæ  
curat aut gloria, aut malitia: sed gloria ubique  
vana est, & malitia Domino odiosa, hoc quidem  
loco maximè: quia malum duplicat, quod se-  
mel factum est. Quid enim refert inter prouo-  
cantem, & provocatum, nisi quod ille prior in  
maleficio deprehenditur, iste posterior?* 2. *Vt ergo  
lesus Domini reus est, qui omnem nequam prohibet  
& damnat, quiq; precipit malum malo non re-  
pendendum.* 3. *Quem honorem litabimus Do-  
mino, si nobis arbitrium defensionis arrogaveri-  
mus?* 4. *Quid credimus iudicem illum, si non  
& ultorem? Hoc se nobis repromittit dicens:  
Vindi-*